

*Misericordia mea, fortalitium meum, & locus altus meus!*

*Canticum novum canam tibi cum confessione,  
Tibi psallam, quia tu es fortissima salus mea &c.*

Reliqua prætermittimus, quæ nimis proluxa forent, & adducamus tantum, quæ in eodem de miraculo nostro inventur:

יצאת לישיע לנו  
גאלת בזרוע ארת עמך  
עניתנו משמי קדשך  
מרבכות עם הושעתנו:  
שמש וירח בזכור עמדו  
ותעמוד באפך אל צורינו  
ותצו עלינו משפטך:

*Egressus es ad salvandum nos,  
Redemisti brachio tuo populum tuum.  
Respondisti nobis propter nomen tuum sanctum;  
Amyriadibus populorum salvasti nos.  
Sol & luna in habitaculo suo steterunt,  
Tuque stabas in ira tua contra hostes nostros,  
Et præcipiebas super eos judicia tua.*

Hæc de Solis statione in carmine illo legimus; ex quibus cognoscimus clare, quod verum Josuæ ἰσχυροῦς nullatenus exhibeant. In hoc enim Josua dixit: *Sol in Gibeon sta, & luna in valle Ajalon*, quæ in suppositio non leguntur carmine. Fortasse non fallimur, si dicamus, Anonymum imitatum esse prophetam Habacukum, qui in carmine suo cap. III. n. ita dixit:

שמש וירח עמדו זכור:

*Sol & Luna stetit in habitaculo suo.*

Præterea miramur, quod Josua ad DEum dicat, *משגבי altus meus locus*: hæc quidem David a Saule aufugiens, & locos altos petens, dicere potuit, minime vero Josua. Hoc certum, quod ante Davidem a nemine ea vox sit usurpata: plura ejusmodi addere possemus, proluxiores si esse velimus in